

Alia Motiva.

Ex Novo, & Patribus.

Convertite gladium tuum in locum fauci. Matth. 26. 52. Quasi uni manu tradidit Dominus claves, & alteri imperat, ut gladium claudat: ut sciat, non percutere, sed parcere. S. Bern. lib. 4. de confid. dracones me mones pascere, & scorpiones. Propter hoc, inquam, magis aggredere eos, sed verbo, non ferro. Qui tu demum usurpare gladium tentes, quem semel iustus es ponere in vaginam. Sylv. hic.

Quid ad nos: tu videris. Matth. 27. 4. S. Ambr. l. 2. de poenit. c. 9. arbitror, quod etiam Judas potuisset tanta Dei misericordia non excludi, si poenitentiam, non apud Judæos, sed apud Christum egisset. Arcon. in l. 1. Disc. 1.

Dupliciter Spiritus Sanctus datus, I. in coenaculo post resurrectionem, quando leniter, & suaviter, JESUS insufflavisset, & dixit: accipite Spiritum Sanctum. Jo: 20. 22. II. cum impetu vehementi. Act. 2. 2. Quæ differentia? Post Pascha leni statu se habet: dabatur enim ad dimittendum peccata; nunc autem valido impetu venit: quia ad peragenda negotia regni Dei instigabat. Cum peccatoribus conterritis leniter, & affabiler, se habeat Minister; at in negotio regni Dei exequendo, vehementi conatu se exhibeat. Sylv. hic cap. 13. q. 12. Insufflando eis Spiritum S. dat eis potestatem remittendi peccata. Valde dicitur esse homo homini: & ideo nulli creditur remissio peccatorum, nisi prius Spiritus Sanctus eorum animis illabatur; de cuius munere venit, ut valde leniter, & suaviter, peccatores tractentur. Id. hic.

Aperi janam misericordiarum; & si non poenitentem propter Christum, suscipe vel Christum in poenitente. Liquecat anima tua misericordiarum rore, & clamantis, & pulsantis, Jesu succendatur eloquium. Vox poenitentis, vox est Jesu. Gilb. in Cant. f. 43.

Si certamus, modicam poenitentiam imponentes; nonne melius est, propter misericordiam dare rationem, quam propter crudelitatem desicere Poenitentem? Hugo Cardin. in Matth. 23. Ubi Paterfamilias largus est, dispensator non debet esse tenax. Si Deus benignus, ut quid Sacerdos austerus? Vis aperire Sanctus? circa tuam vitam esto austerus; circa aliorum benignus. Id. S. Chrysol.

S. II.

Confessarius nimium mollis arguitur.

Peperit Saul, & populus, Agag, & epirmitis gregibus, & quæ pulchra erant. 1. Reg. 15. 9. quæ tamen Deus iuste occidit, & ideo proprio eccidit gladio sic Confessarii pavescentes, ne peccatores percussant verbo Dei, iuste verbo Dei percussentur, & damnabuntur. Summa Prædic. Adulatio.

David autem psallit manna sua. 1. Reg. 18. 10. Vide superius Concionar. §. 21.

Labia ejus dissimulant myrrham primam. Cant. 5. 13. Lucas Abb ait: labia Christi esse Confessarios: quia per illos loquitur Christus ad cor poenitentium; & sicque myrrham poenitentiarum vitæque austeræ, insillat. Corn. hic.

Habit magnetorum quispiam Confessarium; eum in confessionibus offendere timebat. Super mensam aliis rigorem suorum Confessorum exaggerantibus, Dominus ille sui lenitatem mirè laudabat. Utroque defuncto uxor Domini, dum sola in Capella orat, videt hominem forma ignita & terribili, qui portabat alium dorso suo similis formæ. Cui timentis maritus: ne timeas; ego sum maritus tuus; & bajulus meus est Confessarius meus: qui, sicut viventem sopportavit in culpa, ita mortuum portat in pœna. Summa Prædic. Confess. mollis.

S. III.

Qualis Confessarius eligendus.

Ne subicias te omni homini pro peccato. Eccl. 4. 31. Lyr. delectus habendus in Confessione; nec cuius Confessario aperienda peccata: multi enim stipites venantur, quibus dici posset illud. Ol. 4. 12. populus meus in ligno suo interrogavit, & baculus ejus annuntiavit ei. Medicum quæris in morbo peritum; pro anima vis heberem: qui, ut Medici imperiti comiterium implent corporibus, ita rudes Confessarii Infernum animabus. P. Octavian. in Eccl. c. 4. hic.

S. IV.

Confessarius plebejos non abhorreat.

Pondus super fetulas, qui honestiori se communicat. Eccl. 13. 2. Multi ambiunt aulas Magnatum, ut eorum familiaritate honorati sint, & dignitates, & lucra capiant. Verum Socratices hic sapienter id ipsum dissuadet. Ubi enim sunt impares, superior vult Doninari inferior; & illicque multa imperat, quæ inferior præ metu, & pudore, recusare non audeat: quæ

re potius servus est, quam amicus. Experientur & illud potius Confessarii magnatum, & divitum; qui, præter molestias illis obsequendi, non raro conscientias suas, æque ac Poenitentium, periculo æternæ salutis exponunt: dum vel ex metu displicendi, aut placendi, non audent eos monere; sed dissimulant non dissimulanda; laxant non laxanda. Quando feliciores sunt Confessarii pauperum, qui eos liberè monent, facilius ad omnem sanctitatem promovent. Hi domini sunt; illi servi. Corn. hic.

Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. Matth. 3. 10. Una securis, & idem rogo, cuius vis plantæ sterili; æque palma, ac ficus; cerasus, ac malus Punica. Ejectus est Judas, licet Apostolus; Saul, licet princeps; fugatus Cain agricola; damnatus ad greges Nabuchodonosor. Quos ergo Deus conjunxit, homo non sepat. Utinam ea recurreret facula, quando regina (3. Reg. 14. 2.) inducunt personam ancillam! A Jeroboan ad Ahiam missa est uxor personata amicum plebejo. Timuit, ne regina rejiceret; speravit ancillæ simulatione Dominam admittendam. Caveant Ecclesiarum Ahia, ne rejectis ancillis, foeminis Confularibus ancillentur. Oliva lib. 11. Strom. §. traxit rete &c.

Collocet se Confessor in arce, seu speculæ rationis, abstractans semetipsum, quantum poterit, ab homine exteriori, tam in se, quam in aliis; ut in spiritu ambulet, & non carne: ne forte, illectus formæ corporum, fiat sibi ipsi laqueus perditionis: totus in animarum perspicuenda qualitate spiritualiter invigilet; non attendens distinctionem sexuum, vel forumarum. Joan. Gerfon. tr. de arte aud. Confess.

TITULUS XXVI.

CONFESSIO.

Sacramentalis.

§. I.

Figuræ, & Symbola.

Ex Veteri.

Aperiens nos fenestram. Gen. 8. 6. Sic peccator aperiens fenestram cordis, id est, oris, columbinam gementem, simplicem, & sine furo, confessionem emittit. Illa verò ranam olive portat, id est, veniam, & pacem. Barrad. Dom. 3. Quadr. t. 2. l. 8. c. 19.

Facies labrum æneum. Ex. 30. 18. Quod potest exponi de poenitentia; quæ dicitur mare, pro amaritudine contritionis; labium pro confessione. Dicitur etiam æneum pro, constantia & fortitudine; in labore satisfactionis. Illud labium ponitur inter tabernaculum, & altare. Altare est Ecclesia militans, in qua nos debemus offerre Deo prius lotos pro poenitentiam. Rom. 12. 1. obsecro vos. Tabernaculum est vita æterna, sive cœlestis patria; quod nequam transferri poterit; ut dicitur Ila. 33. 20. Qui ergo à militante Ecclesia volunt ire ad triumphantem; oportet, quod per mediam transeant poenitentiam: hæc enim est via. Aqua ponitur in labio, quando poenitentia fit cum lacrymis, vel cum gratia, &c. Hugo Card. in Joan. c. 5.

Phœrezans. Ex. 23. 23. Interpretatur divites; & significat peccata mortalia, per quæ anima dividitur à Deo. Hæc tradidit Dominus in manus Judæ; quia virtute Confessionis tam venialia, quam mortalia dimituntur. Hugo Card. in Judic. c. 1.

Sexcentis viros vomere. Judic. 3. 31. Glossa: vomere est Confessio: quia, sicut vomere aperitur, & scinditur terra, ut semen recipiat, & fructificet; sic Confessione rescinditur terra cordis nostri, ut semen verbi, & gratiæ Dei recipiat, & per illud fructus bonorum operum producat. Corn. hic.

Esfuderunt in conspectu Domini. 1. Reg. 7. 6. in signum poenitentiarum, qui perfectè idololatricæ, & peccatis, renuntiabant; q. d. sicut aquam hanc, sic & cor nostrum, omniaque ejus vitia, effundamus coram Domino, profitentes, nos ea detestari, poenitere, & aquam hanc vice lacrymarum fundere. Optaremus pro peccatis tot lacrymas fundere, quot sunt guttæ in fitula: sed quia id facere nequimus, hinc pro eis aquam effundimus. Corn. hic.

Saul in eo, quod, David citharam percussente, resocillabatur, & levius habebat. 1. Reg. 16. 23. & resedebat ab eo spiritus malus, inimicos Dei significat pro parte illorum; qui, audita dulcissima prædicatione Christi ad poenitentiam invitantis, ad fidem ejus convertuntur, & resocillantur, depositis peccatorum oneribus; & per confessionem recedit ab eis diabolus. S. Rupert. l. 2. in lib. Reg. c. 2.

Vox Domini confingentis cedros. Psalm. 28. 5. qua Sacramentum Poenitentiarum perficitur. De Ponte in Cant. 2. Exh. 8. §. 1.

Sacrificium Deo spiritus contribulatus. Psalm. 50. 19. Cum mala tua confiteris, sacrificium est Deo spiritus contribulatus. S. Bern. ep. 112.

Flores apparuerunt. Cant. 2. 12. Notantur hic tres actus Poenitentiarum: contritio per flores: confessio per vocem turris; satisfactio per putationem. Huc facit, quod turtur sit Poenitentiarum Sym-

Symbolum: nam post mortem conjugis perpetuo genuit, & moeret. Quare numquam in viridi ramo, ut ante; sed semper in arido, residet. Numquam in aqua seipsum inspicit; nec aquam claram, & elimet, ut ante; sed turbidam, & limolam, bibit: imò aquam limpida pedeturbat, antequam bibat; uti tradunt Phisici. Corn. hic.

Dicitur 1. Machab. 2. 65. 66. quod Mathathias moriens substituit sibi Simonem; & Judam. Mathathias donum gratiæ; Simon audientiam moriens, id est, contritio; Judas confessio. Hos duos debemus in nobis substituere, si forte moriamur aliquando Mathathias; id est, gratiæ Dei. Hugo Card. in Gen. c. 13.

Ex Novo.

Estu Bethlehem, terra Juda, nequaquam minima es. Matth. 2. 6. S. Bern. l. 2. de Nat. B. V. Bethlehem domus panis; Juda sonat Confessionem. Confitere ergo, & Bethlehem domus panis fies; id est, omni oppleberis abundantia. Escob. tit. 1. mir. Christ. lib. 7. Obf. 8.

Remansit Jesus. Luc. 2. 43. Qui perdit Christum per peccatum, non potest ipsum invenire, nisi post triduum Contritionis, Confessionis, Correctionis. S. Vinc. Ferr. Dom. infra Oct. Epiph. f. 4.

Psalm. Jo. 5. 2. est Poenitentia. Sicut enim nihil dignum erat offerri Domino ad litteram, nisi prius in ea lavaretur; ita nullus est dignus Deo offerri spiritualiter, nisi prius sit lotus per poenitentiam. In probatica piscina uvas lavabantur ad immolandum. Hugo Card. hic.

Lacare veni foras. Jo. 11. 43. açhi aperit cœlibet mortuo in culpa diceretur: si cur reatum tuum intrâ conscientiam tuam abscondis? S. Greg. hom. 26.

Sicut puer rumpit vestem veterem, ut citius habeat novam, sic bonus Poenitens laceret faciem carnis, ut citius animæ suæ acquirat stolam felicitatis æternæ. S. Bonav. 1. diat. sal. cap. 2.

§. I I.

Motiva Confessionis.

Primum.

Petit illam à nobis Deus.

Adam ubi es? Gen. 3. 9. Vocabat hominem ad cor suum, ut poenitens responderet: heu! in pravicatione sum! S. Rup. l. 2. de oper. S. Spir. c. 3. Ad confessionem provocat, dum interrogat. Vult eum fateri peccatum, dum ab eo inquit admittit. Quærit misereri, dum cum reo de culpa loquitur. S. Chryl. hic l. de lapsu primi hom. Ad hoc requirit fuerant, ut peccatum, quod transgrediendo commiserant; consentiendo deleterent. Unde & serpens ille persuasor, qui non erat revocandus ad veniam, non est de culpa requiritus. S. Greg. l. 22. mor. c. 13.

Ubi est Abel frater tuus? Gen. 4. 9. Multa, & immensa, Dei patientia est: non enim interrogat, quasi ignoret; sed ipsum id agit, quod & patri ipsi fecerat. Nam quemadmodum illum, cum se præ confusione nuditatis tegeret, rogabat, ubi es? non ignorans; sed fiduciam occasiones illi præbens; ut per confessionem peccati delictum ipsis ablueretur; ita & nunc rogat Cain. S. Chrysol. hom. 19. hic.

Unde venit? Gen. 16. 8. Quærit Angelus, non quod nesciat, sed ut confessionem peccati eliciat. Corn. hic.

Juda, oscula Filium hominis tradidit? Luc. 22. 48. Cur, Domine, hominis spurcissimi nomen assumis? S. Cyrill. Jerof. catech. 2. Hoc ad ipsum dicit; admonens eum per nominis appellationem. q. d. accepisti argentum, confitere citò. Bæza t. 2. l. 6. c. 3. §. 28.

Vade voca virum tuum. Jo. 4. 16. Stiebat Dominus, Samaritanam non habere virum; & tamen ait: vade, voca virum tuum, illam ad humilem peccatorum veniam adducens: nam nil salubrius fuisset peccatori, quam confessio. Bæza ib.

Vis sanus fieri? Jo. 5. 6. Quærit Jesus; si vult sanus fieri; ut ore profiteretur malum. Sim. Cass. l. 5. c. 27.

Secundum

Placet Deum, avertit panam, justificat.

Ex Veteri, & Novo.

Ocidi virum in vulnus meum, & adolescentulum in livorem meum. Gen. 4. 23. Nonne dictum est Gen. 4. 24. Omnis qui occiderit Cain, septuplum punietur? Et tamen non multum post Cain occisus est a Lamech teste S. Hier. in qu. Hebr. item ep. 12. 5. ad Damas. q. 1. Et tamen nulla poena legitur. Theodor. q. 44. in Gen. poenam evasit propter peccati confessionem; & contra se ferens sententiam, evitavit divinam: Mendoza in 1. Reg. 7. Grave peccatum Judas, & Thamar commiserunt; sed in hac capitale supplicium decernerent, non in illum. Prædicit, inquit, eam, ne conubatur. Gen. 38. 24. Imò nunquam Judas hujus peccati reus, vel accusator, vel nominator. Nec immerito: quia peccatum agnovit, & confessus est. Justus me est. ibid. 26. S. R. P. Spanner Poly. Tom. 1.

Ambr. l. 2. de poenit. cap. 8. hic: ideo culpe ejus deputatum non est: quia ipse prius se accusavit, quam ab aliis accusaretur. Mendoza ib.

Peccavimus; reddet nobis. Eccl. Judic. 10. 15. Ingenue confitentur; sed quid reddendum peccatoribus? non supplicium? immò beneficia cœlestia. Quo titulo? peccavimus. O huiusmodi prudentissimi. Peccavimus! vox est poenitentis, sicut Davidis: Peccavi Domino. Qui peccatum ingenue confitetur, Deum acquirit debitorem cœlestium munerum. Teodoret. q. 17. ubi suas iniquitates confessi sunt, beneficia ejus percipientur. Escob. t. 1. mir. Chr. l. 7. obf. 8.

Domine, ne in favore tuo arguas me. Pl. 6. 2. Inter alios status, quos oratores Causis emergentibus indiderunt; confessio est deprecationem esse dixerunt: cum ne fides nonid quod factum est, defendit, sed, ut ignoscatur, expostulat. Qui status, licet inermis apud terrena judicia videatur, humanique viribus destitutus; invicta tamen apud Deum munitione præcingitur: Ut quæ nulla valent argumenta defendere, sola possit Confessio vindicare. Hoc verè contentibus datur; qui dum se cupiunt absolvere, ipsi potius nituntur propria facta damnare. Sic II. monet c. 43. 26. narra, si quid habes, ut iustificeris. Cassiod. hic.

Miserere mei Domine, quoniam infirmus sum. Pl. 6. 3. Infirmitatis confessio cœlestis medici misericordiam monet; à quo facile impetrantur remedia, cum ostenduntur vulnera manifesta. Non enim dixit, quia mereo; sed quia iustitiam tuam sustinere non valeo. O clementia magna Creatoris! à Judice percipimus, quid rei dicere debeamus. Docemur pietatem petere, ne nos iustitia possit abluere. Id. ib.

Propter nomen tuum Domine propitius eris peccato meo. Pl. 24. 21. id est, propter nominis tui gloriam; vel misericordiam tuam? Hoc enim nomen DEI. Pl. 43. 26. Redime nos propter nomen tuum. Cald. Propter bonitatem. Hebr. misericordiam. Sed quam hujus propitiationis asserit causam? quia forsitan neficium commisit, quia casu, quia leve? immò inquit: Multum est enim. Psalm. 21. 11. S. Hier. quia gravis est iniquitas. Grandem autem misericordiam cum dico, ingentem etiam illius gloriam dico. Sic Ecclesia canit: Gratias agimus tibi propter magnam gloriam tuam. Quis unquam de gloria alicui gratias agit, Scilicet misericordiam in nos exercitam intelligimus. Rom. 3. 23. Omnes peccaverunt, & egent gloria DEI. Octav. in Ecclesiasticum c. 18.

Sana animam meam, quia peccavi tibi. Pl. 40. 5. En ratio, cur misericordiam petat, quia peccavit. Re alii, cum ignosci sibi petunt, peccatum abscondunt; hic autem aperit illi apertum, ut possint, exultant. David autem extollit, & magnum dicit: ex quo misericordiam tuam majori cum fiducia sperat. Id. in cap. 18.

Miserere mei Deus. Psalm. 50. 1. Rex ille potentissimus, & multarum gentium victor egregius; cum se audisset à Nathan Propheta redargui; peccatum suum non erubuit publice confiteri: Nec ad noxas excusationes cucurrit, ad quas maxime festinat humanitas. Sed repente salutaris humilitate prostratus ipse se Deo offerens purpuratum poenitens, plis lacrymis supplicavit. Mirabile dictum! dicendo enim Judicij, miserere mei; locum examini cognoscitur ablutisse. Vox ista non dicitur, sed sub tranquillitate semper auditur. Cassiod. hic.

Confitebor tibi Deus. Pl. 74. 2. Mortem plerumque generat, vel semel terreno iudicij crimina confiteri: Deo autem frequenter Confessio non parturit periculum; sed salutem. Pulcherrimus currit ordo verborum: prius se dicit confiteri, id est, peccata desicere; postea invocare nomen Domini. Sic enim signum est, ut ipsius munere prius corda nostra confessione purgemus; & sic ad auxilium suscipiendum nomen Domini invocare debeamus. Id. hic.

Natus in Judæa Deus. Pl. 75. 2. Judæa interpretatur Confessio, in hac recognoscitur Deus, qui ante in statu peccati ignorabatur; & Deus eos cognoscit; & se eis notum, & familiarem, ostendit. Hugo Card. hic.

Ostende mihi faciem tuam. Cant. 2. 14. Dicit hoc anima peccatrici, quæ faciem suam, quam cœ Dominus creando contulerat, & recreando formaverat, commutavit in faciem porci &c. q. d. depono faciem alienam, & ostende mihi tuam. Hugo Card. hic. Age, quod agis, contemplantur, quod contemplantis; atque hoc modo semper ostende mihi faciem tuam, & ostendendo corripge, quod Eva peccavit, & abscondit a me, faciem suam. Non ostendit mihi faciem suam, cum diceret, ubi es? non sonuit vox ejus in auribus meis, vox confessionis, quæ sonare debuisset. Rupert. hic l. 2.

Neque tu times Deum. Luc. 23. 40. Hæc ideo dico, ut pro pietate laborare discas; & cum domini tui publice, & mulationem præ vobis ferre, ac pro Christo decertare. Mala propria confitetur, & Domino patrocinatur. Tortus est latro coram Præfide, ut atrocitatem tuam, turba, & coedes, fatereris; non tamen fallus es. Et nunc extra tormenta dicis digna falsis recipimus? sic est, inquit: verum illic confessionem excipit mors; hic confessionem poenitentia sequitur, & vita. S. Chrysol. tr. de Zelo, & piet.

Ex Patribus.

Cum apud Seculi iudices confessus mox dirigitur ad poenam...

In secularibus iudiciis, quantumlibet, post acceptam sententiam...

Omnis, qui seipsum accusat, iudicis iram mitigat. S. Chryl. hom. 4. de patientia Job.

Si adversarium nostrum praverimus (diabolum dico) qui in die illa ob faciem nostram stabit...

Cum malitia confiteris, sacrificium est DEO, Spiritus contribulatus. S. Bern. ep. 112.

Ex eo uniusquisque iustus esse incipit, ex quo sui accusator extiterit. S. Bernard. tr. de inter. Dom. c. 1.

Tertium.

Confessio plena gratiis; honore, & favore Divino.

Ex Veteri.

Spiritus Deserebatur super aquas. Gen. 1.2. Ergo iis Divinus Spiritus incubat...

Psalmi 56. titulus: in haem ad disperdas David in tinnitibus insonantem: cum fugeret a facie Saul.

Hic est dies, quam fecit Dominus. Ps. 117. 24. Hic dies scilicet confessionis, quam fecit Dominus...

Vena vitae iusti. Prov. 10. 11. Lyranus hac adaptat confessioni peccatorum: q. d. os iusti vere poenitentis emanat vitales aquas puras...

Ex Novo, & aliis.

Faciem tuam lava. Matth. 6. 17. Facies animae est conscientia, quae lavatur confessione.

Confite filii, remittentur tibi peccata tua. Matth. 9. 2. Verè filius DEI est, cui dimittuntur peccata.

Zacchaeus est mutus. Luc. 11. 14. Simul loquitur mutus, & coecus videt, ac demoniacus liberatur...

Pater peccavi in caelum. Luc. 15. 18. Oculatus est eum, v. 20. Sed quomodo erat confessio: Pater peccavi ut dignum esset DEI osculo.

Quid timeo confiteri peccata mea quid vereor opprobrii mei mentionem facere apud eum...

Oculus eius est eum. Ib. Sic Pater iudicat, sic emendat; sic peccati filio dat oscula...

Dante annulum in manu eius. Ib. Annulus signum nobilitatis, & libertatis per quem Equites a plebeis...

Hodie mecum eris in Paradiso. Luc. 23. 43. Fœdaverant illum propria facinora; sed Confessio Paradisum patefecit.

Erant proximum Pascha, dies festus Judaeorum. Jo. 6. 4. Tunc enim praecipue confluunt homines ad confessionem...

Confessio est porta, per quam intrant animae ad paradisum, S. Albertus f. die Cin.

Quando absolvitur peccator, debet cogitare, quod omnia vulnera Christi sunt aperta, & sanguis effunditur super eum.

Quartum.

Confessio facilis, & suavis est.

Facilitas Confessionis in Veteri Testamento praefiguratur. Homicidis constituit Deus sex civitates; tres citra Jordanem...

Putabam, quid egredieretur ad me. Reg. 5. 11. ait leprosus Naaman. Dixit ei servus fidelis; Pater si rem grandem dixisset tibi propheta...

Nunquid adhuc tibi sedes iniquitatis, qui singis labores in praesepio? Psal. 53. 20. Dicit potest ob difficultatem renuenti Confessionem...

Dum vident, mandati sunt. Luc. 17. 14. Ut discamus, Dei pharmacum accedentibus aegris occurrere nec pati se ab eis conveniri...

Confitemini alterutrum peccata vestra. Jacobi 5. Cur non expressè dicit, confitemini Sacerdotibus? Resp. ad leniendum confessionis onus...

Quid timeo confiteri peccata mea quid vereor opprobrii mei mentionem facere apud eum...

Oculus eius est eum. Ib. Sic Pater iudicat, sic emendat; sic peccati filio dat oscula...

Quintum.

Confessio est patris anima.

Confessio, & pulchritudo, in conspectu eius. Pl. 35. 6. Egredietur enim a filia Sion omnis decus eius. Thren. 1. 6. S. Bon. hic. decor egreditur, quando homo non confitetur...

Testis in manu eius, & dimisit eum sibi. Matth. 8. 15. Inde medicamentum habet peccator, si nudam malitiam suam exhibent oculis Divini Medici.

Est

Erant autem Sabbatum in die illa. Jo. 5. 9. In die gratiae, cum sanatur homo, est Sabbatum: in quo notatur spes aeternae quietis...

Cur cessas aggredi, quod scias mereri tibi? multae quidem animae, & irrationales, medicinas sibi divinitus attributas...

Quid est peccatorum Confessio nisi quaedam vulnere rupto? quia peccati virus salubriter aperitur in confessione, quod pestiferè latebat in mente.

Varia alia motiva.

Dixitque Lambeus, quoniam occidi virum. Gen. 4. 23. Non solum factum confitebatur, & cædes in medium afferbat, quas operatus erat...

Dabitur Deo Israel gloria. 1. Reg. 6. 5. Quomodo hæc munera in gloriam Dei cedebant? Est hebraismus; quo illi dicuntur Deo gloriam dare...

Oris tui meditati sunt sapientiam. Ps. 36. 30. Quid est loqui iudicium? nisi confitendo se Sacerdoti tradere iudicium. Et quid est meditari sapientiam?

Mors, & vita, in manu linguae. Prov. 18. 21. Mors est, si mortifera peccata male confitearis; vita, si recte aperias. Mirum fanè est, hominem à dæmone, id est, peccato lethali, vexatum, mutuum esse. Clamat, qui dolore vexatur, medicum invocat; dolorem, morbumque aperit. At miser, qui mortiferis tabetis æginitibus, mutus silet; nec Medicum accersit, nec morbum patefacit.

Si de exomologesi retractas, gehennam in corde considera, quam tibi exomologesi extinguit; & poenæ prius magnitudinem imaginari; ut de remedii adoptione non dubites.

Mortem plerumque generat, vel semel terreno iudici crimina confiteri; Deo tamen frequentatè confessio, non parit periculum, sed salutem. Cassiod. in Pl. 74.

Multis cameris dæmon habet ingressum, vel habere potest, in domum conscientia nostrae scilicet animae; sed tamen nunquam, nisi per unum ostium, potest eici, & expelli: scilicet oris, seu confessionis. S. Anton. Pad. D. 3. Quadr.

Plures sua insulant in syrups, potiones, & pillulas; qui unico peccati possent sanari. Juglaris Conc. 16.

S. III.

Accusa te, non excusa.

Ex Veteri, & Novo.

Mulier, quam dedisti mihi faciam, dedit mihi de ligno, & comedit. Gen. 3. 12. Salvia. 3. ad Eccl. Cathol. dum se excusat, accusat. Caput mulieris est vis; ac proinde ipse debebat mulierem gubernare; non verò eius directionem sequi.

Ubi est Abel frater tuus? Gen. 4. 9. nescio, num custos. Resp. sponso exasperatus Dominus ait: Nunc maledictus eris super terram. Et quare non ante? sed nunc? jam cæde dexteram polluerat, & post responsum maledictus; quia ante excederat non fuerat.

Quia vidit, quod populus dilaberetur. 1. Reg. 13. 11. Pro mercede audit: Stultè egisti. 2. Reg. 12. 13. David à Nathan arguitur ait: Peccavi Domino; & audit: Dominus quoque transtulit peccatum tuum. Quæ differentia? David deliquit; sed humiliter confessus. Saul tot crimina non commisit sed crimen defendit, & reatum excusavit. Plusque iram Numinis incendit excusationis temeritas, quam humanæ conditionis fragilitas.

Tone, Domine, custodiam ori meo. Psal. 140. 3. Hebr. janitorum. Non declina cor meum in verba malitiae, ad excusandas excusationes in peccatis, ibid. 3. Quotationes inquiri peccator, ut observat S. Bern., ad excusandum fec. Quod si feci convinctum advertit, dicit; feci, sed bene feci. Si verò male fecisse convinctum, dicit: in multum feci, non feci mala intentione. Tandem se excusat: diabolus me deceptus ille homo mihi persuasit. Semper scura querit, quibus se defendit. Diez fec. parte Quadragesimalis D. Septuag.

Non contrarias verbo veritatis tui modo. Eccl. 4. 30. R. P. Spanner Poly. Tom. 1.

Dabis ei scutum cordis. Th. 3. 5. Hoc scutum primus homo tenuit qui requisitus, cur lignum veritatem contigisset? non ad se culpam reulit, sed ad mulierem; & reatum suum obliquè ad auctorem dati inique retorfit; qui ei mulierem dederat. Hoc scutum etiam requisita mulier tenuit; neque ipsa ad se culpam inflexit; sed serpentem persuasionibus replicavit: volens & ipsa reatum suum in creatorem inflectere; quod illic intrare serpentem, persuasurum talia, permittit. S. Paschasius hic.

Arsifilia est continuè fructuosa. Matth. 21. 19. Quia post transgressionem Adam accepit folia ficus, quibus obtexit lux turpitudinis peccatum; cum Christus destrueret transgressionis peccatum, & configeret, deleteretque in cruce; arefecit operculum peccati, id est, folia ficus, quibus Adam tegebatur. S. Athanas. apud Sylv. hic q. 58.

Percutiebatur pectus suum. Luc. 18. 13. Non ut exteriorem corporis aliquam partem magis delinquentem; sed velut sub quo quiescit inquietum. Ad mala hominis cor omnium malorum actionum fontale principium. Percutebatur pectus suum, non alienum non in alium refundens culpam; non causam, non occasionem, non suggestionem Sathanicam; sed seipsum criminans, qui, si nollet, nullo modo peccasset. Sim. de Cass. l. 6. c. 25. hic.

Preveni accusatorem tuum. Si te ipsum accusaveris, accusatorum nullum timebis; si te delictis ipse, estis mortuus fueris, revivifies. S. Ambr. l. 2. de poenit. c. 7.

S. I. V.

Motiva integræ Confessionis.

Ex Veteri, & Novo.

Filius est homo in animam viventem. Gen. 2. 7. Cald. Filius est homo in animam loquentem. Vestimenta eius (leprosi) dissuta sunt, & caput eius revelatum, & os eius adspiritum. Lev. 13. 45. (ita legit Origenes) Per quæ designat, eum, qui in anima leprosus est; id est, qui peccatis confusus est, non oportere sibi assumere tegumenta, & turpitudines operire peccati. Orig. hom. 8. in Gen.

Solve vincula colli tui captiva filia Sion. Isa. 52. 2. Signanter dicit vincula colli, quia maxime periculosa. Licet sur ligetur manibus, vel pedibus, semper potest habere spem evadendi. Sed quando chorda est circa collum, stringitur, & gurgur suffocatur; tunc est certus de suspensio in morte. Ita licet diabolus &c. Summa Præd. Confess. integra.

Effundite sicut aquam, cor tuum in conspectum Domini. Th. 2. 19. Coeteri liquores cum effunduntur, quasi cum mora, & difficultate exeunt, & aliquid sui foeculentum in vasculis suis relinquunt; Aqua verò, cum effunditur, de facili, & tota simul, egreditur. Petr. Bles. l. 39. in Dedic. Eccl. Non sicut lac, cuius color remanet; non sicut vinum, cuius odor remanet; non sicut mel, cuius sapor remanet; sed sicut aqua: de qua, cum effusa fuerit, nihil remanet. Hugo Card. in Pl. 61.

Caput loqui. Luc. 7. 15. Signum erat animæ omnino ad corpus revertæ. Sic & peccator cum revertitur ad vitam, incipit loqui; confiteri scilicet mala, quæ fecit; & gratias agere; quod existens divinæ potestati rebellis, toleratus est, expectatus; & quantum ad veniam; non derelictus in malis; non illic factus inimicus Dei suam perulit ultionem. Sim. de Cass. l. 5. c. 12.

Ostendite vos sacerdotibus. Luc. 17. 14. Non dicit, ostendite caput, vel faciem; aut manus; sed vos; id est, omnes plagas. Recta confessio non est, nisi ostensio plagarum. S. Vinc. Ferrer. Dom. 14. Pentec.

Hic verè dixisti. Joan. 4. 18 Bis Dominus mulierem laudat; ut melius correptionem suscipiat, quia mulier; quæ sincerè peccatum suum confitetur, bis, terque laudanda; quia prona ad tacendum, alias garrula. Sylv. hic.

Ex Patribus, & aliis.

Non debet abscondere peccator miseriam, nè abscondat Salvator misericordiam. S. Bonav. in Pl. 118. Confessio est necessaria ad mortis aeternae evasione. Apostema interius non erumpens, sinitus crepat, est causa mortis. Sic peccatum absconditum est causa mortis aeternae. Geminiani lib. 8. similit. c. 10.

Revelanda sunt Domino peccata, sicut pauperes ulcera sua monstrant transeuntibus. Hugo Card. in Prov. 16. Cadens in aquam, non est in periculo, quousque os ejus non cooperitur aqua; quia potest respirare. Cadens in peccatum non est in periculo submersio in flagnum ignis, dum os habet expeditum ad confessionem. de Rampellogis Confessio.

S. V.

Motiva vincendi pudorem in Confessione.

Ex Veteri.

Adam ubi es? Gen. 3. 9. Eucherius: Non tamquam ignarus Deus interrogat; sed, cum esset misericors; & praebet poenitentiam occasionem, & confitendi. Quamnam confitendi occasio? illud

illud ipsum, Adam ad latibula confugere procurans ipsi Deo operiri nuditatem, q. d. Deus; vis ita tuum operiri crimen, ut vel ego te nudum ignorem? confiteri delictum, & nemini dices iniquitatem. Efcob. t. i. mir. Chr. l. 4. sect. 2. Obf. 3.

Mare rubrum. Ex. 15. Significavit contritionem, & confessionem. Mare enim est amariudum, quæ est in contritione; robur est erubescencia, quæ est in Confessione. Hugo Card. in Luc. 2.

Ecce piscis immanis exivit ad devorandum eum. Tob. 6. 2. Tobie volenti lavare pedes occurrit piscis, volens eum devorare. Quid piscis in aqua latens? nisi pudor occultus. Sed suffocandus est pudor talis, & ad multa tandem utilis; ad cibum, contra demonium, & ad visum. Gerfon. serm. in cena Dom. de poenit.

Convertit aquas eorum in sanguinem. Pf. 104. 29. Quatuor sunt, quæ conversionem peccatoris impediunt? pudor, timor, spes, desperatio; pudor confessionis, timor satisfactionis, spes futuræ conversionis, desperatio remissionis. Contra primum dicitur: Convertit aquas eorum. Aquæ Egyptiorum sunt fluctus vitiorum, in quibus peccatores submergantur. Per sanguinem significari potest rubor erubescencie de peccatis; tum propter colorem; tum quod, uti vita anime in sanguine est, ita vita gratiæ est in rubore; quam homo habet pro peccato. Sanguinis huius vobis clamare debet in confessione, postquam frater, idest, corpus animam occidit in transgressione. S. Bonav. f. 3. in die Cin.

Tulerunt pallium meum. Cant. 5. 7. Confessarii tollunt pallium vitiosæ verecundiæ &c. De Ponte hic Exh. 37. 52.

Ex Novo.

Vide nemini dixeris; sed vnde, ostendo te sacerdoti. Matth. 8. 4. Sim. de Cass. l. 5. c. 11. Nemini dixeris, dixeris Sacerdoti. Si Sacerdoti dicit, an non dicit alicui? nemini planè. Unde numquam existima peccata tua magis abscondita esse, quam dum Sacerdoti exposueris. Efcob. t. 5. mir. Chr. hic. Obf. 3.

Non novi illum. Luc. 22. 57. Petrus quia tertio negaverat, tertio confitetur. Sed negavit in nocte, confitetur in die. S. Amb. hic. Quia minus erubescere debet confessio, quam negotio hæc; ut maxime erubescenda, transigatur in tenebris; illa, tamquam maxime prædicanda, in luce perhibeatur: Mendoza in 1. Reg. 7. annot. 25.

Tollere lapidem. Jo. 11. 39. Primum faciendum, si mortuus, scilicet Spiritus, debet suscitari, & erigi, aperire sepulchrum. Tollere lapidem magnum, & drem verecundiæ. O quot sunt, qui nolunt istum lapidem amovere; sed volunt palliare peccata; idèd plures damnantur ex hoc. S. Vinc. Ferr. ser. 6. post Latere.

Ex Patribus.

Cum nosset Satanas, quia peccatum verecundiam habet, poenitentia fiduciam; ordinem reprobos permutavit, & invertit: poenitentia dedit verecundiam, fiduciam peccato. S. Chrysol. proem. in 11.

Quid horres fateri, quod libenter, ac propter, commissisti? cur confunderis dicere, quod non confitens es perpetrare? cur veris Domino indicare, quod veritus non es ipso præsentem committere? S. Chrysol. in Pf. 105. 1. Confitemini Domino, quoniam bonus.

Est nobis dura, & defenda conditio. Peccare nos cogit fragilitas innata; & confiteri prohibet confusio cognata peccati: malum enim facere, pudor non est, & pudor est confiteri; timemus dicere, quod committere non timemus. S. Chrysol. f. 34.

Verecunda confessio quodammodo videtur violentum corporale martyrium: in corporali enim martyrio sanguinis effusus deorsum fluit; in verecundo autem confitente contra naturam ascendit. S. Bonav. f. 109. Dom. Pent. 12.

Irrationabilis est pudor, qui te cogit non reverti: sicut irrationabile, & stultum esset; si corruisset aliquis in cloacam, quod postea vellet ibi perire, quam clamare. S. Bonav. f. 4. die Cin.

Operuit confusio faciem conscientiaæ tuæ; aufer velamen confessionis, confessionis induere: nam & Dominus Confessionem induit. Pf. 103. 1. confessionem non suam, sed tuam. Hoc se ornatum pallio reparat; hoc à te mutatur; hoc illi pallium trade, quod affectuose tollit, quasi pignus amoris, & reconciliationis signum. Gilbert. f. 44. in Cant.

Nè peccatum confiteri graveris; ut per huius vitæ pudorem, futuri sæculi pudorem, ignominiamque fugias. Perspicuum facias, te serio, atque ex animo, peccatum odisse; dum illud, tamquam contumelia dignum, traducis; ac velut ludibrio exponis, & de eo triumphum agis. Nazianz. in S. Baptismo.

Hæc est una causa, quare confessio instituta est; ut scilicet, dum de culpa peccato erubesceret, ad Deo misericordiam impetraret. S. Bernardin. tom. 3. f. de conf. peccat.

§. VI.

Contra sacrilegæ confitentis.

Num. I.

Symbole, & Similitudines.

Magister, utuli filium meum ad te, habentem Spiritum mutuum. Marc. 9. 16. Planè si mutus, sævus est: nullus truculentior demon, quam qui linguam ligat. Ut enim Dei Filius essentialiter verbum est; ita diaboli abortus naturaliter silentium est. Oliv. l. 4. Strom. hic.

Demonium mutuum. Luc. 11. 14. Mutum utique ab effectu: quia peccatum, propter verecundiam, mutum facit; & specialiter mulierem circa opera carnis. Sunt enim quædam, sicut ancilla pigra, quæ sordes congregatas cum scopâ reponit in angulo, & ibi putrefcunt, & fodant donum, & multiplicatur mûca. S. Bernardin. ser. de Conf. peccat.

Petrus vidit calum apertum. Act. 10. 11. quæ visio poenitentiam significat: quæ, si perfecta sit, homini aperit cælum. Notandum: soli pisces hic deerrant, quia ad sacrificium non adhibentur, nec mactantur: quia muti, & elingues, procul ab eo mysterio arcentur. Doultremou. l. 4. c. 3. sect. 8.

Sicut navis, exilis in aquis plena foraminibus, si ejus omnia foramina obturentur, præter unum, nihilominus per illud unum submergetur in profundum maris: sic peccator, si omnia peccata confiteatur, & unum remaneat, per illum solum damnatur. S. Bonav. ser. 1. Dom. 6. Pent.

Lupus ovem capiens, guttur ore comprehendit, nè possit balare, & pastorem excitare: Sic diabolus ori nostro pudoris feram imponit in confessione. Stella in Luc. 11.

Num. I. I.

Damna, & poenæ, sacrilegæ Confessionis.

Adam ubi est? Gen. 3. 9. Ubi est Abel frater tuus? Gen. 4. 9. Fateatur Adam: malum dedit mihi. Negat Cain: nunquid ego? O eventus dissimiles! parens vivit beneficio confessionis, filius moritur, delictum operiens! Deus terram, ob Adam peccatum, maledixit: maledixit terram in opere tuo; ipsum Cain, non terram, maledixit: maledixit tibi super terram. Efcob. t. i. mir. Chr. lib. 7. Obf. 9.

Quia habuisti hoc apud te. 3. Reg. 11. 11. dictum est depravato Salomoni. Rupert. l. 5. in Reg. c. 1. cui sic dicitur, palam est, quod peccatum suum necdum confiteatur: nam apud se habet; cui, quod fecit, non displicet. Etiam cor Davidis amore mulieris seductum; addidit homicidium: sed quia confessus, misericordiam consecutus. Sylv. c. 26. in Luc. q. 14.

Quoniam tacui, inveteraverunt ossa mea, dum clamarem tua die. Pf. 31. 3. Sic tacet improbus, & clamat. Clamat in morbo, & dolore; tacet animi morbo correptus. Aliter quoque clamat, & tacet: Tacet, quia peccatum celat; clamat, quia peccata peccatis addit; quæ magno clamore à Deo poenas expolcunt. Sic S. Greg. in Pf. 7. poenit. ille tacet, & clamat, qui peccata praterita per confessionem non annuntiat; per cor impeniens alia committere, accepta peccati libertate, non cessat. Barradius t. 1. l. 8. c. 19. Quoniam tacui, quod non erat tacendum, scilicet confessionem peccatorum; inveteraverunt ossa mea, idest, defecit interior fortitudo mea. Tacui de peccatis confessionem, clamavi de meritis præsumptionem; sana membra medico offendebam, vulnerata tegebam; & ideo non fui sanatus, sed inveteratus; hoc est, in peccatorum meorum vetustate remansi: quia per culpæ meæ confessionem gratiæ tuæ novitatem non quaivi. Gerfon Medic. in Pfal. 2.

Discoperias peccata tua. Thr. 4. 22. Rectè eorum discooperiuntur scelera, qui hic ea detegere, & manifestare moluerunt ad poenitentiam. S. Pafch. hic.

Absconditum est peccatum ejus, dolores parturientis videntur ei. Of. 13. 12. 13. Scilicet torquentes illum, remordente conscientia mala. Dictum est hoc contra talem, qui malitiosè, aut ex verecundia aliquid peccatum mortale scienter celat. S. Bernardin. t. 1. ser. 5. de vera Conf. Art. 3.

Tunc dicit rex ministris: ligatis manibus, & pedibus. Et Matth. 22. 13. Tunc videlicet; non ubi ille sine veste nuptiali introivit; sed postquam ad monitus siluit, interrogatus obmutuit, & noluit confiteri. Galfridus apud Tilman. in Allegor.

Præcipua causa mortis Ananias. Act. 5. 5. quia non confessus, Sylv. hic. Mirabile, quod Petrus, qui ter Dominum negavit, Ananias, qui semel de pretio agri aliquid denegavit, duram mortis penam infligat. Cur misericordia consecutus tam rigidus? Petrus lacrymis, & gemitibus confessus est suum peccatum, quod non fecit Ananias. Id. c. 19. in Joan. 10. q. 12.

Scio ubi habitas; ubi sedes est Sathana. Apoc. 2. 13. Ubi sedes est Sathana, idest; mansio, non transitus: in illis enim mansionem fecit diabolus, qui peccata nolunt confiteri; sed celant ea in gutture suo. In illis transit, qui, est peccant aliquando ex fragilitate, tamen statim confitentur. Hugo Card. hic.

Mulier insignis, ac pia, Clara nomine, in morbo sensibus destituta,

Titulus XXVI. Confessio Sacramen., & XXVII. Conscientia. 185

TITULUS XXVII. CONSCIENTIA.

§. I.

In genere.

Figura, & Symbola.

Ex Veteri, Novo, & Patribus.

Et canis secutus est eum. Tob. 6. 1. Hoc loco, uti Raphael tutelarem angelum; ita Canis conscientiam designat; quæ fidelissimis latratibus suis usque, & usque, monere non desinit. Drexel. Tob. c. 14. §. 1.

Lacrymis meis stratum meum. Pf. 6. 7. Lectus est Conscientia; quæ quibusdam est quies, & quibusdam tormentum. Hugo Cardin. hic.

Vox tua dulcis, & factiosa decora. Cant. 2. 14. Facies anime conscientia est. S. Bonav. ser. 5. in Pentecostes die.

Per quadrigam illam, quam vidit Ezechiel cap. 1. intelligit Nazianz. or. 47. quatuor microcosmi, idest, hominis facultates: nam pars rationalis est homo, irascibilis leo, concupiscibilis vitulus; syntheresis, sive conscientia, est aquila. Hæc enim oculatissima est instar aquilæ. Cornel. hic.

Exiit conducere operarios in vineam suam. Matth. 20. 1. Domini vinea, humana conscientia. Hæc est vinea Domini electa, in qua plantavit omne semen suum. Pro huius vineæ cultura Dominus exit; cum suam volutatem, per internam aspirationem, innotescere fecit. Ireratio egressio, augmentatio est cognitionis; diversitas hominum, varii gradus perfectorum. Vineæ cultores, cogitationes, & affectiones. Primi exercendi sunt in investigatione veritatis, secundi autem in exercitatione virtutis. Rich. à S. Viêt. tr. 1. de statu inter hom. c. 35. viro sapientis, sua vita vinea est, sua mens, sua conscientia. S. Bern. ser. 63. in Cant.

Cum intrasset Jerusalem, commota est universa civitas. Matth. 21. 10. Quid per Jerusalem aliud, quam conscientia congruentius designatur? Hanc Jerusalem tunc nempe Dominus intrat, cum conscientiam lumine virtutis irradiat; & sic per detestationem culpæ puram contritionem, à malo ad bonum universæ mentis civitas commovetur. S. Bernardin. t. 1. f. 12.

Antequam Gallus cantet. Matth. 26. 34. Gallus à Deo cuique datus est sua conscientia; quæ, quoties quis peccat, ei oclamat: cur tantum scelus committis? cur Deum offendis? &c. Hic clamor conscientiam remordet, & simul ad poenitentiam: quem qui audit, & exaudit, verè cum Petro compungitur. S. Laurent. Just. l. de Chr. agone c. 9.

Excerna corporis tui est oculus tuus. Luc. 11. 34. Conscientia tua lucens bene in hoc corpore, lucernæ lux est; quia ipsa est oculus tuus. Sic, fit purus oculus tuus: si conscientia tua munda sit, munda est & caro tua. S. Ambros. in Pf. 118. O. 14.

Ex Patribus.

Venter interioris hominis, conscientia cordis est. S. Aug. tr. 32. in Jo.

Conscientia domesticum, & verum tribunal. S. Gregor. Naz. or. 26. in plagam grandinis Conscientia hominis, est quasi mare magnum, & spatiosum; illic reptilia, quorum non est numerus. Pfal. 103. 25. S. Bernardus l. de conscientia.

Conscientia pro lucerna utere in actionibus: ea enim, quæ in vita bonæ sint actiones, & quæ malæ, offendit S. Nilus.

Animæ stomachus est conscientia. S. Vinc. Ferr. ser. 5. Dom. 1. Adv.

Liber conscientia est in die Judicii aperiendus: ideo scribendus est aureo calamo meritorum bonorum. Et, cum sit liber indelebilis scripturæ; vide qualia in eo scribas: quia secundum librum in die Judicii iudicandus es. S. Bern. ser. 32. Conscientia hominis est liber, in quo scribuntur omnia, bona, & mala, quæ homo fecit. S. Vinc. Ferr. ser. 1. Dom. infra oct. ascen.

Testamentum est clausum vivente Testatore; & illi sollicitum, quid in eo scribitur, qui fuerunt circa illud faciendum. Sed ipso mortuo legitur publicè. Sic est in Conscientia. Testamentum igitur tuum accuratè scribe; nè portes litteras Uriæ: demones nientur illud probare falsum. Summa Prædic. Conscientia.

Citharædus, aut fideus, si vel digitulo tuo testudinem suam carpat, vocem ista protinus reddat: ita Conscientia, velut garula chelys, vix tacta, respondet, & suam homini exprobat malitiam. Drexel. Trism. l. 1. c. 6.

§. II.

Conscientia est noster adversarius, iudex, magister &c. S. Sto. con. scientis adversario tuo. Matth. 5. 25. S. Athan. q. 62. docet, adversarium vocari Conscientiam: ipsa enim adversatur peccatis, & nos interius maxime pungit, ut à peccatis abstinamus. Et, si non acquiescimus, clamat, & accusat nos ante-

tit.

tribunal Dei. Sylv. hic c. 12. q. 14. Adversarius tuus, conscientia tua, est constitutus à Domino; ut clamet adversus te, arguat te; & te, quoties delicta perpetrare conaris, ab interitu eripiat sempiterno. S. Laur. Justin. ser. in Conv. S. Pauli.

Cum autem vadis cum adversario tuo Eccl. Luc. 12. § 8. Adversarii nomine intelligitur Synderesis; que continud adversatur mordendo, simulando animum pravè agentis. Cajet. hic. Per hunc adversarium intelligit. S. Augustinus Conscientiam remorden-tem; cum qua dum vadis ad principem Christum, ad operam liberari ab illo, idest, remorsu conscientia; te expurga, emendando, quod conscientia reprehendit: nè trahat te ad judicem: idest, ex ejus remorsu, & testimonio contra te, inveniariis damnabilis. Dion. Carthul. hic.

Quid tibi prodest, non habere conscientiam, habenti conscientiam? Lactant. l. 6. de div. Instit.

Conscientiam nihil aliud esse arbitror, quam rationis judicium, in veritatis lumine propalatum, atque discussum. S. Laur. Just. in festo S. Marci Evang.

Sufficientem magistrum habemus conscientiam. S. Chrisl. hom. 54. in Gen.

Sicut mater puerum errantem castigat, & quid faciendum sit, instruit; sic conscientia animum reprehendit; & quid faciendum sit, demonstrat. Hugo Card. in Math. c. 2.

Conscientia pietatis soboles est. Est autem conscientia, relicta in homine recte rationis scintilla; bonorum, malorumque factorum iudex, & vindex; corrector defectuum, & animæ pedagogus. Est flagellum post peccatum; frænum ante peccatum, Lipsius. l. c. 7.

S. III.

Conscientia curanda, non negligenda.

In terra deserta & inopia, & iniquitas. Pl. 62. 3. Conscientia videlicet diu neglecta, omnino inculta; spinis, & tribulis obrita, & omni horrore plena. Rich. à S. Victor. tr. de exterm. mali &c. cap. 5.

Per vineam viri hultei. Prov. 24. 30. Hebr. carentis corde. q. d. sicut pedibus transiens per agrum pigri, vidi ejus squalorem, defectu culture, sic oculis mentis transiens, lustrantque vitam, amianam, & conscientiam (hæc enim cujusque est ager & prædium illi datum, imò locatum, ad culturam) hominis inertia, qui illam colere negligit; non tantum vacuum virtutibus, & fructibus bonorum operum; sed repletam quoque urticis, carduis, & spinis vitiorum omnium, ac demonum; carnis, & Mundi inquisitionibus, & tentationibus expositam: eò quòd maceria, seu sepes ipsius sit diuturna. Sepes hæc est intrinsecus gratia, & custodia sui; extrinsecus protectio Dei, & angelorum: utraque enim hæc sepe disjecta, anima, seu vinea aperta, patet bestiarum, & hostium, idest, tentationum, & demonum, incurfibus; qui eam radicibus depauperant, & demoluntur. Quò fit, ut in extremam sterilitatem, & penuriam rerum omnium, incidat; ac in morte eum opprimat omnīs meritum inopia. Corn. hic.

Vocaberis edificator septium. II. 58. 12. Hoc est munus prædestinatum: ut primum in conscientia sua foramen aliquod, aut labefactionem, advertit, statim reparat, non differit in crastinum; semper sepes edificat, qui timet Deum; nè forte aliquid ad se peccatum ingrediatur. Diez ser. 4. Dom. 4. Quadr.

Abiit in domum suam. Luc. 5. 25. idest, in propriam conscientiam, non alienam; per sollicitam discussionem. Hugo Carthul. hic.

Conscientia est cordis scientia: cor enim & se novit sua scientia, & multa alia. Quando novit se, appellatur conscientia; quando præter se alia, nominatur scientia. Petr. Cellens. lib. de Confic.

Si liber conscientia concordat cum libro vitæ; approbatur: si autem discordat; reprobat. S. Bonav. ser. 12. de sublimitate fidei.

Conscientia oleum in vase, fama lumen in lampade. Hugo à S. Vict. de confic. & fama.

Conscientia suæ donum debet quivis edificare ante omnia; deinde aliis intendere: exemplo bombycis, primo domum fabricantis; postea telas textentis. Geminiiani. l. 5. simil. c. 1.

Conscientia vix ab homine æstimatur. Proponit nonnemo varia subiecta principi: unum dicit esse magnum Doctorem, alium subtilem politicum, tertium expertum militem. Omnia bene. Sed qualem habet conscientiam? ah! est scrupulosus! Conscientia est ornamentum Sacerdotum, & Religiosorum.

Quid? bona conscientia carens nunquam Deo, vel hominibus, fidus fuit. Est bonus miles; sed si non habeat bonam conscientiam; cave, nè ei arcem tradas: subtractione stipendii milites deserere lationem coget; patriam mille exactionibus exfugiet. Est bonus politicus? nè tamen ejus consilium inhiat, si non habeat bonam conscientiam. Justa bonus sine conscientia bona vendet; justitiam ei, qui melius inunget manus. Juglaris Conc. 16. Quadr.

Annales Burgundia de Philippo II. Burgundia Duce memorant, de Cancellario illius probæ conscientia: cum in consilio

de re iniqua ageretur, reliquis contra æquitatem stantibus, ille solus animosè refragatus est: potius ducens dignitate, & fortunis, excidere; quam reitiquè contra conscientiam consentire. Quæ sinceritas Duci deinde adeo placuit, ut rursus accitum, majori, novoque, honore cumularet.

S. I V.

Conscientia colans culicem, glutians camelos.

Seu

Scrupulosa in parvis, non magnis.

Ex Veteri.

Timui, eò quòd nudus essem. Gen. 3. 10. Dicere debebat: timui, quòd peccaveram. Sic homines vorant elephantes, culices timent. Fernandus hic.

Cain. Gen. 4. 3. Sacrificium prætermittere horruit, viliora offerre non erubuit. Timet decimas non offerre; fratrem jugulare non timet. v. 8. Ipse Judas, in nocte proditum Dominum; ab esu agni abesse noluit; cumque Legem completeret; & sibi restim, & Domino crucem, paravit. Oliva l. 3. Strom.

Ut David adulterium committeret, interrogavit, an mulier esset sanctificata ab immunditia sua? non habebat scrupulum, quòd nupta esset, & ipsa adulterium committeret. Diez ser. 2. Dom. 3. Quadr.

Saul capitis damnat Jonatham, ob delibatam mellis guttam. 1. Reg. 14. 39. Sed Agag, pinguisimo parit, quem Dominus occidit mandatar. Oliva l. 3. Strom.

Abalon reprehendit Chulari, quòd amicum Davidem in suo illo mœre, & fuga, deseruerit: hæc est gratia tua ad amicum tuum? 2. Reg. 16. 17. Et ipse parcidium suum non detestatur; imò nec videt quidem.

Non comitari amicum, grande judicat flagitium; patrem regno, thoro, vita, ut moliebatur privare, nihil ducebat. Fernandus in Gen. 3. lect. 26.

Ex Novo.

Eccæ Discipuli tui faciunt, quod non licet facere Sabbatis. Matth. 12. 2. Atquilli, qui esum in Sabbato pro crimine obijciunt, ipsi eadem in Dominum ipso Sabbato moluntur. Beaza l. 14. c. 16. Pharisei malant mori, quam veli illotis manibus mentiri verò, rapere, mactare, nulla religione cohibentur. Propter Pascha in prætorium non ingrediuntur; Deum verò ipso die Paraceves assignat cruci: Aliquando granum sinapis exhorret; jam pardos, & elephantes, glutit. Oliva l. 3. Strom.

Qui decimatis mentham. Matth. 23. 23. Nota, quid sequatur in iis gubernatoribus, qui decimatis mentham; nimirum quòd relinquant judicium: raro enim, qui animis affectus est circa parva, justum judicium pondus circa res habet. Justum judicium hoc est, in quo suus cuique valor, & æstimatio, datur; ut magna magni æstimentur, & præ illis relinquantur, si fors tulerit; parva. Hoc justum judicium minime servari potest ab iis; qui circa parva maximo, & nimio conatu feruntur: hi enim hæc parva sua illa diligunt, sic requirunt; ut non alia magna vacet spectare. Unde fit, ut, propter illa parvula habenda, damnium inferant magnis, cum multo dispendio publicæ communitatis. Bæza l. 14. c. 16. §. 24.

Camelum autem glutientes. Matth. 23. 24. idest, majora dissimulantes. O quam multi sunt hodie tales; qui parum ponderanda multum ponderant; & multum ponderanda parum attendunt. Dion. Carth. hic.

Excolentes culicem. ib. idest, expellentes à se minima delicta, quæ culices nominavit, &c. Orig. tr. 23. in Matt. Excolentes, idest, liquantes, defecantes, à foecibus expurgantes, sicut per colum, sicut liquida colantur, à culicibus, aliisque fræcibus. q. d. si parvus culcx in vinum, vel potum, vestrum incidit, excolando culicem in colo retinetis, & abicitis, nè cum hauriatis. Interim tamen vastum camelum ingenti oris ritu transglutitis. Tales etiam sunt inter Fideles; qui scrupulosè recitant rosarium, jejunant in honorem B. V. interim sine scrupulo luxuriant &c. Corn. hic. Multi cavent panem quotidianum pedibus calcare, nec tamen horrent communionem fabricæ legam. Stella in Luc. 11.

Samaritana habebat concubinarium. Jo. 4. 9. & non faciebat scrupulum de hoc: magno verò scrupulo ducit, proximo indigenti parum aque præbere. Diez ibi.

Ut non contaminaretur. Jo. 18. 28. Semper Judæi vilibus ceremoniis intendentes in magnorum malorum voraginem incidunt. Verebantur contaminare Pascha, si Præfides intrarent prætorium; sed non verebantur ad mortem injustè deducere Dominum omnium Christum. Sim. de Caill. l. 13.

Frater, nolite pueri officii sensibus. 1. Cor. 14. 20. Nam solent pueri ad parva hiare; & obstupescere; valde magna non æquè mirantur. S. Chryl. hom. 36. hic. Clamabit puer pro chartula sibi erepta; qui præteribit ludens conflagrationem paternæ sublimitatis. Bæza l. 14. c. 16. §. 22.

S. V.

Conscientia bona.

Num. I.

Figura, & Symbola.

Ex Veteri, & Novo.

Milleus, securus non fuit audita. 3. Reg. 6. 7. Conscientia bona est templum Salomonis. Hugo à S. Vict. l. 3. de anima cap. 11.

Lavabo per singulas noctes lectulum meum, Psalm. 6. 7. Per lectulum conscientiam accipimus: quia, sicut in lecto, quiescimus jacentes. S. Greg. in Pl. poenit. hic.

Oleo lætitiæ pro confortibus tuis. Pl. 44. 8. Oleum lætitiæ est, peccati maculam non habere. Unde se Conscientia semper exhilarat, quando nulla recordationis asperitas mordetur. Casiod. hic.

Byssus, & purpura, indumentum ejus. Prov. 31. 22. Byssus est candor conscientia, & innocentia vitæ; purpura patientiæ, & penitentiæ: sunt indumentum Ecclesiæ; quia & hæc eadem fuerant indumenta sponsi sui. Cant. 5. 10. Dilectus meus candidus, & rubicundus. Hugo Card. hic.

Lectulus noster floridus. Cant. 1. 15. Lectulus dicitur quia conscientia sanctis desideris florida. Hug. Card. hic. Liliis candidibus sanctarum cogitationum, rosis rubentibus ardentium affectuum, floribus veranibus cœlestium desideriorum, conscientia suæ lectulum sparit. S. Th. Vill. in c. 1. Cant.

Flori apparuerunt in terra nostra. Cant. 2. 12. Serenitas conscientia. Hugo Card. in Pl. 27.

Reclinatorium aureum. Cant. 3. 10. Reclinatorium est conscientia pura; in qua reclinat se, & requiescit Christus, Dei sapientia: quæ aurea est; quia tribulationis igne excocta, & purgata aut aurum, atque probata. Quæ enim grata est per innocentiam, gratior, & mundior, efficitur per tolerantiam adversariorum; & digna, ut aureum sit Dei reclinatorium. Richard. à S. Vict. hic cap. 12.

Ipe verò dormiebat. Matth. 8. 24. Exprimitur, ait S. Amb. in c. 8. Luc. securitas potestatis; quòd, omnibus timentibus, solus intrepidus quiescebat. Prov. 12. 21. non conturbabit justum. C. Porro cervical, in quo, teste Marco, dormiebat, mysticæ est bona conscientia; resignatio in Dei voluntatem; fiducia de ope Dei, & providentia. Corn. hic.

Oleum in vasibus suis. Matth. 25. 4. Quid est in vasibus suis? in cordibus suis. Unde dicit Apostolus 2. Cor. 1. 12. gloria nostra hæc est testimonium conscientia vestra. S. Aug. hom. 23. de verb. Dom. Quid est, ferre oleum secum, nisi habere conscientiam placèditi Deo de bonis operibus; & non sibi finem gaudii sui ponere; si homines laudent, qui conscientiam videre non possunt. S. August. ser. 26. de verb. Oleum gloria est; fulget, inter in supernicie. Sed bona debet esse, & vera gloria; ut ibi sit in vasibus suis. Gloria hæc, est testimonium bonæ conscientia. Id. in Pl. 140.

Ex Patribus, & Aliis.

Paradisus conscientia justis est: quam non urit cura pun- gens, nec culpa tenet. S. Bern. ser. 3. super Salve Regina. Conscientia bona, titulus religionis templum Salomonis, ager benedicti orbis, hortus deliciarum, reclinatorium aureum, gaudium angelorum, thesaurus regis, aula Dei, habitaculum Spiritus Sancti, liber signatus etiam clausus, & in die Judicii aperendus. S. Bern. l. de conficent. c. 8.

Conscientia bona est scyphus Joseph, in quo augurari, imò inebriari solet. Conscientia bona est thesaurus regis, Unicum, & singulare, apud pias mentes futuræ beatitudinis, pignoris vinculum, conscientia bona. Ploret Mundus, rideat; omni voluntate circumrotetur; ardeat, pereat, transeat: nunquam marcescet conscientia. Petr. Cell. l. de confic.

Præseppe est conscientia, interius clausa per contemptum Mundanorum, superius aperta per desiderium æternorum. S. Bonav. in Nat. Dom. 2. solennitate.

Promissionis terra, conscientia secunda; terra melliflua, conscientia jucunda. Rich. à S. Vict. de sacrificio David.

Mare pacatum Len. Celsi refert imaginem. Picinelli.

Num. II.

Est læta, quieta.

Nonne, si bene egeris, recipies? Gen. 4. 7. alii vertunt: extolles, scilicet vultum tuum, vivebis in lætitia. Corn. hic.

Torrentis voluptatis tua potabis eos. Pl. 35. 9. Quis cibus suavior, quam is, quem animus bene sibi conscientis, & mens innocens, epulatur. S. Amb. hic.

Timor Domini sicut paradisus benedictionis. Eccli. 40. 28. Sicut Infernus est, ubi peccatum mortale est; ita paradisus, & cœlum, ubi gratia, & timor Dei est: ubi scilicet nullus criminis reatus conscientiam mordet. Corn. hic.

Ego autem non ascendo ad dicitur seculum.

Joan. 7. 8. Pile egit pro nobis in se formam in humanis festivitatis non interesse, neque lætari: quoniam veris Christianis nulla, præterquam de virtute, & de puritate conscientia, debet esse festivitas super terram. Sim. de Cais. lib. 11. c. 25.

Ex Patribus, & Aliis.

Quæ major voluntas? - quam conscientia integra. Terrull. de spectaculis. Circa finem.

Cibus verus, & sanctus, & mundus est, immaculata conscientia, & innocens vita: quisquis sic pacitur, Christo convectitur; talis epulator conviva Dei est. Iste sunt epulæ, quæ Angelos pacunt; iste sunt mensæ, quæ Martyres faciunt. Terrull. ep. de cib. Judaicis.

Si vis nunquam tristis esse, bene vive. Bona vita gaudium semper habet. S. Isid. l. 2. folioq. c. 11.

Hæc est animæ suavissima, & saluberima, requies, conscientia munda, quieta, secunda. Sit ergo beate animæ culcita conscientia lux puritas; sit capitale tranquillitas; sit oportorium ejus securitas: ut in hoc interim frato dormiat delectabiliter, & feliciter requiescat. S. Bern. ser. 2. in festo Omnium Sanctorum.

Citò senties, dulciores esse justitia fructus, quam iniquitatis. Et veritasque jucundus, gaudere hominem de bona conscientia inter molestias, quam de malè inter delicias. S. August. l. de catechif. rudib.

Intus est, in corde, est Sabbatum nostrum: multi enim vacant membris, & non vacant conscientia. Omnis homo malus sabbatum habere non potest: nunquam enim illius conciescit conscientia; & necesse est, ut in perturbatōibus vivat. Cum autem bona est conscientia, tranquillitas est; & ipsa tranquillitas Sabbatum est cordis. S. Aug. in Pl. 91.

Unum solati genus est, in ærumna, & amaritudine, confituti, à culpa vacare; ut ea, quæ perpetuantur, adversa non pro delicti pretio sustinere videantur. S. Ambrosius de Interpellatione lib. 1. c. 4.

Quid dulcius conscientia bona? quæ si non est, & malè pun- git, amara sunt omnia. S. Aug. l. 45. de diversis.

Quomodo mala conscientia tota in desperatione est; sic bona conscientia tota in spe. S. Aug. in Pl. 31.

Nihil est tam animæ suavis, quam à vitis tranquillitas, & libertas. B. Theodorus Suade fer. 113.

Quomodo potest quis gaudere, ubi vincula, ubi tormenta, ubi tribulatio? Maxime in hoc gauderi potest. Quomodo autem? dice: quinihi sibi ipsi conscientis est, plurimum letabitur: ita ut quò majorem dixeris tribulationem, hoc majorem dicas voluptatem. S. Chryl. hom. 15. in Acta Apoll.

Festa non multitudine conventium facere solet, sed virtus; non sumptuosus vestitus, sed pietatis ornatus; non mense dapsilatis, sed cura animæ: maximum enim festum est conscientia bona. S. Chryl. tom. 6. hom. 5. de Anna.

Si puram habes conscientiam, futurum diem agès perpetuo; bona semper nutritus spe, & futurorum bonorum perfusus expectatione. S. Chryl. orat. in illud Apoll. 1. Cor. 10. 31. omnia in gloria Dei facite.

Num. III.

Conscientia bona si tuta, non timet.

Quando egressus fueris adversus hostes tuos in pugnam, custodiet te ab omni re mala. Deut. 23. 9. nam qui peccare non audeat, necit in periculis timere. Iustus ergo olim ad pignam nullum armorum genus divina lex præcipiebat; bonam solum conscientiam inculcabat. Mendoza in 1. Reg. 11. lect. 3.

Dormit autem Samuel, ut que mand. 1. Reg. 3. 15. Samuel terribiles illas minas ex divino oraculo accipiens, dicitur nihilominus usque mane dormivisse; & optima eum conscientia, ut heri solet, inter pericula sapiente. Mendoza hic annot. 4. lect. 1.

In cunctis, quæ in hæc vita adversa proveniunt, sola est omnipotentis Dei distinctio pensanda; atque ad cor semper proprium recurendum; ut nullius nos ibi lingua implicet, ubi conscientia non accusat. Quem enim conscientia defendit, & inter accusationem liber est: & liber vel sine accusatione esse non potest; si sola, quæ interius audit, conscientia accusat. S. Gregor. ep. 14. lib. 6.

Nemo se contemnat pauper in cella, dives in conscientia: dives enim in conscientia securior dormit in terra, quam dives in purpura. S. Aug. Dom. 8. ser. 1. de temp.

Alphonfus Arrag, rex, interrogantibus, cur præter morem aliorum regum, abique satellitibus incederet? respondit: innocentiam se habere conitem. Anton. Panorm. lib. 2. de reb. gest. Alphonfi.

Omni gloria filia regis ab intus. Pl. 44. 14. Quæ sunt interiora pulchritudinis? Conscientia. Ibi videt Christus, ibi amat Christus, ibi alloquitur Christus, ibi coronat Christus. S. Augustinus hic.

Miscellanea.

Quis sic praesumat de conscientia sua, ut certus sit, eam in iudicio Dei posse sufficere; nisi misericors misericorditer iudicet. S. August. ep. 120.

Profecto securitatem conscientia non valent vel solent habere; nisi aut valde mali, aut valde boni. Rich. à S. Vict. lib. de factis. David.

Multi quaerunt conscientiam, pauci conscientiam. Et si forte tanto labore, & sollicitudine, quaererent conscientiam, quanto vana, & faeculatis scientia; & veritas apprehenderetur, & fructuosius retineretur. Petr. Cell. lib. de Conf.

S. VI. Conscientia Mala.

Num. I.

Figura, & Symbola.

Ex Veteri, Novo, & Patribus.

Symbolum peccatoris Job c. 15. spoliat virtutibus. Remanet solus conscientia remorsus, qui damna nuntiat. De Rampelgis Conscientia. Nuntius, qui, omnibus consumptis, Jobo remanet, est veritas Conscientia post peccatum. Diez Dom. 8. Pent. c. 2.

Concepti dolorem, & peperit iniquitatem. Job 15. 35. Peccantes comparat Scriptura cum parturientibus. Mulier, ait Christus, cum pepererit puerum, iam non meminit pressurae praeter gaudium. Jo. 16. 21. At vero in dolore ex peccato longe aliter contingit; ut notat S. Chryl. conc. de Laz. nam peccatum, simul ac commissum est, tunc demum, extincta voluptate, amarus poenitentiae stimulus succedit; contra quam accidere solet parturientibus. Mendoza in 1. Reg. 3. v. 18. annot. 4. lect. 2.

Fugite à facie gladii. Job 19. 29. Ille gladius est conscientia aculeus, qui semper est, divina exigente iustitia, peccato consumptus; & nunquam finit esse delectationem sine dolore. S. Bonav. semper enim in peccato plus est anxietatis, quam sit delectationis, ser. 25. in Ascens.

Spiritus procellarum. Psal. 10. 7. In conscientia, quae sibi contraria, est quasi tempestas. Isa. 57. 20. impii, quasi mare fervens, quod quietere non potest. Hugo Card. hic.

Non tanget in morte doloribus cruciantur; illo tamen conscientia tormento, quod per antonomasiam tormentum mortis dicitur, non tanguntur. Mendoza in 1. Reg. 3. v. 18. annot. 4. lect. 2.

Peccatum iuda scriptum est in angulo adamantino. Jer. 17. 1. Nihil potentius conscientia; in qua scilicet infixae litterae sunt solidae. Nam, licet omnes homines suae ipsorum conscientiae de bona vita testificari conentur; peccata nihilominus eorum, qui mentiuntur, conscientia ferre nequit; sed percutitur, & perforatur, in corruptamque profert sententiam. Theodoret.

Pone ollam. Ezech. 24. 3. Olla semper bulliens, & ardens, est mala conscientia; quae semper astat, tum malis desiderijs, tum doloribus, & angustibus. Corn. hic.

Recessit Iovinus, ait Antiochus. 1. Mach. 6. 10. nunc vero remissior malorum, quae fecit in Ierusalem. v. 12.

Vermis eorum non moritur. Marc. 9. 47. q. d. sicut caro gignit vermes, quibus ipsa lanietur; ita & conscientia edit culpas, quibus exedatur. Mendoza in 1. Reg. 3. v. 17. annot. 3. lect. 3. Designatur vermis animae, impura, scelerataque conscientia: si quidem una haec animam peccatricem, nulliusque boni sibi conscientiam, inutilis poenitentiae aculeus; instar edacis vermibus, continuo pungit, & rodit. Unusquisque ergo sceleratorum sui ipsius acculator erit; etiam dum ea secum pendet, animoque jugiter revolvit, quae improbe gessit; vel invitum se, reum confiteri compellitur. Omni supplicio gravis est, immortalem illum vermem; direque corrodentem, circumferre. Victor Antioch. hic.

Quae poena gravior, quam interioris vulnus conscientiae? quod severius iudicium; quam domesticum? quo unusquisque sibi est reus; seque ipse arguit. S. Ambr. offic. lib. 3. c. 4.

Infernus quidam, & carcer, animae rea conscientia est. S. Bernard. ser. 4. in assumpt. B. V.

Tria sunt in iudicio: testis, tortor, iudex, sic in mente hominis testis conscientia, quae accusat; dolor, qui cruciat; ratio iudex, qui iudicat. S. Bonav. in Psal. 82.

Num. II.

Mala conscientia affligit, inquiritur.

Aperiti sunt oculi athenorum. Gen. 3. 7. Quid est hoc? vocavit divina Scriptura sensum illum peccati: Mox enim post admittum peccatum stimulat conscientia. B. Theodoret.

Absondit se Adam. Gen. 3. 8. Quis à confortio, & loquela Dei, fugacem Adamum reddidit? crimen. Jam ab exordio flagitium lumen refugit, quare latebras. Euseb. Emis. hom. 3. de Pascha: Si forte hominis cuiuscumque servus duris domini sui

urgeatur imperiis: quocumque fugiendo aut latendo, evadere, & declinare, iniquum Dominum potest. Servus peccati quò fugiet? quod secum trahit, quocumque fugerit. Non fugit seipsum; non est, quò aliqd de foris potest esse remedium, quando intus est vulnus inclusum. Apud Arcones in If. 3. 9. Discursu I.

Omnis qui invenit me, occidet me. Gen. 4. 14. Noluit Deus illius cruciatum finire compendio mortis: Videtur enim illud desiderasse Cain, cum dicit: Omnis, qui invenit me. Et quodammodo loquitur ad illum Deus: Non, ut tu affimas, morieris, & mortem pro remedio accipies: vives usque ad septimam generationem, & conscientiae igne torqueris. V. Beda hic.

Merito haec patimur, quia peccavimus in fratrem nostrum. Gen. 42. 21. Venditio fratris transacta erat; pretium acceptum, consumptum; sed funes peccati permanebant. Theodoret. in Cate-na Graeca: vide; conficius animus quam se non possit absolvere; sed longinquitate temporis. Duo, & viginti, anni erant, cum facinus hoc illi perpetrarunt; & tamen ejus adhuc memores clamabant: Merito haec patimur, quia peccavimus. Baza t. 2. l. 1. c. 7. s. 5. Nota hic cum Chryl. quanta sit vis conscientiae; cujus ob-tutibus omnia peccata illic se filunt, cum Dei manum vindicem septimus. Nulla enim Josephi facta hic mentio; & tamen ejus memoria, & injuria, ei ante 23. annos facta, statim omnium fratrum mentibus se filit, cum ob eam castigari se augurantur. Corn. hic.

En sanguis ejus exquiritur. Ec. v. 22. Inde constare potest aperte, conscientiae iudicium esse inevitabile: Reficit enim memoriam sceleris ante duos, & viginti, annos admitti. B. Theodoret. q. 102.

Peccatum contra me est semper. Pl. 50. 5. Sapiens adversus se iudicat esse delictum suum; & tanquam hostiles acies; ita lapsus cluparum suarum adversarum modo sibi arbitratur obstitere. Quidquid profuerit, quidquid increperit, culpa ei propria semper occurrit: momenti omnibus culpa pulsata conscientiam; nec quietere, nec oblivisci, finit. S. Ambr. hic.

Et derelinquitur filia Sion umbraculum in vinea. Ec. 1. 8. Juxta anagogen; vinea Dei, pomorum paradisi anima nostra appellari potest. Cui si mens praesentis, habet custodiam mentis Deum: Si autem vitia nos quasi quaedam bestiae fuerint depradata; relinquemur à custode Deo, & omnia nostra redigentur ad solitudinem, S. Hieron. tom. 4. hic.

Facies regis commutata. Dan. 5. 6. Rex Balthasar majestatis erat adeo tremenda, ut in exercitu praesens hostem in fugam compelleret; & pacis tempore toti regno esset formidabilis. Et manus unica illum adeo perterritur, cum nondum intelligeret portentum. Credo sic cum terreri à remordente conscientia. Paoletti D. 1. Adv.

Dormiebat sopore gravi. Jonae 1. 5. Sensit Jonas remorsus conscientiae de fuga sua: quasi Deus illum persequeretur, puniretque. Unde, ut hos remorsus evaderet, & sopiret, pedis se sopori. Mala enim conscientia parit mororem, moror somnum. S. Corn. in Jonam.

Peccavi, tradens sanguinem iustum. Matth. 27. 4. à propria conscientia accusatus ad iudicavit seipsum dignum suspensio. S. Ambr. f. 2. in Daniel: Domini traditorem non invenio à iudice damnatum: non enim damnat Pilatus, non damnat populus: sed, quod majus est, seipse condemnat. Quem alter iudicat, potest ut cumque esse excusabilis; reus autem sine excusatione est, qui conscientia suae iudicio condemnatur.

Peccavi, tradens. Ec. 1b. Nota hic potestatem Conscientiae: Homo intra seipsum habet patibulum intolerabile. Aitit, & laqueo se suspendit. S. Chryl. non enim potuit acerbos conscientiae stimulos; & flagella, perferre. Did. Nyls. de prodit. Jude. s. 4. Suspendit se, ut desperata, tristisque, vita citius liberetur. Euthym. Judas videns imperi crucifixionem, quam à Christo audierat; intelligit etiam eum resurrecturum: cujus faciem cum praerecundia videre non posset, suspendit se. Palatius in Matth. Quid Judam eò miseriarum compulit, ut in seipsum leviret? agitabatur stimulis conscientiae: & quia hos diutius tolerare non poterat, cum vita finire volebat. Sic quasi cogitabat: alteratum aut his poenis vitare non poterat; ad hanc extrema compellor; aut inquiete semper vivere, & gehennam intus circumferre; aut laqueo vitam perdere: ex duobus malis minus eligendum. S. Ambr. non poterat ferre conscientiae dolorem; ideo, adaptato sibi laqueo, vitam finivit. Paoletti D. 1. Adv. Judas statim, ante necem Christi, illo ipso die se suspendit: non ferens tantum conscientiae ocellanantis remorsum, & probrum; uti docet. S. Leo f. 3. de Pass. Corn. in Matth. 27.

Accurreris cecidit super collum ejus. Luc. 15. 20. Cur non expectat filium ad domus fores; sed festinat, occurrit? Guerr. Alb. serm. in Sabb. 2. hebdom. Quadr. Sic festinabat reum absolvere à tormento conscientiae suae: quasi plus cruciaret misericordem compassio miseri, quam ipsum miserum passio sui.

Titulus XXVIII. Consideratio. & XXIX. Consilia:

Ex Patribus, & aliis.

Cur comprehenderent te dolores parturientis, ut parturires iniquitates; & pareres injustitias? nullus enim major est dolor; quam is, qui peccati mucrone vulnerat conscientiam: neque ullum gravius est onus; quam peccatorum sarcina, & pondus flagitiorum. Deprimat animam, curvat usque ad terram, nè se erigere possit. Gravia, fili, gravia nimis delictorum pondera. S. Ambr. ep. 18.

Inter omnes tribulationes humanæ animæ nulla est major tribulatio, quam conscientia delictorum. S. Aug. in Psal. 45.

Quamvis humana iudicia subterfugiat omnis, qui male agit; iudicium tamen conscientiae suae effugere non potest. S. Ild. l. 2. c. 26.

Satis magna poena cenferi debet hominibus utique probis, ac moderatis; cum ii, qui molestiam intulerunt, metu contentum, propitiusque conscientiae cruciatu afficiuntur. S. Gr. Naz. or. 4.

TITULUS XXVIII. CONSIDERATIO.

Poster verò rem excius considerabat. Gen. 37. 11. Lentè demerita prius mature considerat, quam iudicium ferat. Res, quae in deliberatione prius non concoquitur, cruda, & indigesta, venit. Alvarez Joseph Illustr. hic Illustr. 50.

Et ambulavit coram Christo meo cunctis diebus. 1. Reg. 2. 35. Coram ipso omnibus diebus ambulat, qui cogitatione subita nihil operatur: nam ut rectos gressus foris ponat in opere, intus ad Christum respicit, quem per considerationem portat in corde. S. Greg. hic.

Paratus sum, & non sum turbatus. Pl. 118. 60. Ubi cogitatione quis prevenit, quod acturus est, semper paratus ad agendum est; semper fixus, & validus; ut non queat subita aliqua accidentium offensio turbari. - Paremus igitur affectum nostrum; & non imparatum vis aliqua repentina perturbet. Si te cupiditas, appetentiaque, tentaverit; lege Evangelium; dicat tibi JESUS Christus: Non turbetur cor tuum. Si quis terror inguerit, dicat tibi Christus: Non turbetur &c. neque formidet. Si quae supplicia persecutor infixit; lege Evangelium; dicat tibi Christus: non turbetur neque &c. S. Ambr. hic.

Errant, qui operantur malum. Prov. 14. 22. Error hic non speculativus, sed practicus; pura, est erronea, & perversa electio; & operatio mali culpe, quod secum deferret malum poena. Vel est inconsideratio plurium rationum, & motivorum, quae possent voluntatem continere à peccato. Sic peccavit Adam, Lucifer, & Angeli: in quibus nullus erat error; sed clarissima rerum, & legumque DEI, cognitio, per merum defectum considerationis. Ita enim considerant suam pulchritudinem, non considerando eam se habere à DEO. Corn. hic.

Viri male non cogitant iudicium. Prov. 28. 5. Audivi senem quondam valde religiosum, & timoratum, dicentem: Ego quotidie mane ascendo ad Caelum, ut considerem beatorum gaudia; ac descendendo in Infernum, ut spectem damnatorum supplicia. Itaque ex matutina hac consideratione toto die me sentio pergeri ad omne bonum, licet arduum, & difficile. Corn. hic.

Locus sum in corde meo. Eccl. 1. 16. Olympiod. loqui aliquis dicitur in corde suo, cum mentem ad cogitandum applicat, secum disputat, & ratiocinatur.

Totum corpus oculi plenum. Ezech. 1. 18. Corpora animalium idcirco oculis plena describuntur: quia sanctorum actio ab omni parte circumspicere est; bona desiderabiliter providens, mala solerter cavens. S. Greg. hom. 7. in Ezech.

Daniel interrogavit regem, ut tempus daret sibi ad solutionem indicandam regi. Dan. 2. 16. Solus Daniel lentè considerat negotium fatigat; ergo solus mysterium referat. Alvarez Jos. ill. Gen. 37. v. 11. Illustr. 50.

Considerate Lilia agri. Matth. 6. 28. S. Ludovicus plurimum suo tempore considerativus fuit. Neminem magis, quam ipsum principem, decet consideratio; quae singularis quaedam est mater prudentiae. Hoc in omni arte animadvertit. Refert Macrobius in Saturnalibus: fuit in theatro Romae Mimus, studens representare personam principis. Exclamavit alter histrio: non rectè se representari. Mimus igitur à populo, ut hujus errorem corrigeret; constituit se velut hominem valde meditantium. Significans: nihil magis decere principem, quam considerationem. Rex qui sedet in solio iudicis Prov. 20. 8. Non in mensa, non dicitur de principe, quae digna sunt principis, cogitabit, id est, considerabit. Il. 32. 8. Nullus est, qui recogitet corde. Jer. 12. 11. Si cognovisses & in Luc. 19. 42. Gerlon serm. in die S. Ludovici regis Franciae.

Neli me tangere. Jo. 20. 17. Sed Thomaz v. 27. licet incredulo, praecipit se tangere, quod in hoc temerarius non fuerit: quia Christus est hostis inconsiderationis. Dicebat Thomas, se tan-

gendo crediturum; in quo proposito persistit ostdidit; sed Magdalena praecipititer volebat tangere. Stella de cont. mundi p. 3. c. 87.

TITULUS XXIX. CONSILIA.

S. I.

In genere.

Nomina Jachin. 3. Reg. 7. 21. Jachin. Hebr. idem, quod dicitur, & recitudo. Boaz. id est: in eo fortitudo. Topolog. quilibet fidelis, & sanctus, eget columna duplici, ut fiat templum DEI; scilicet Jachin; id est, prudenti rectaque, directione, ad decernendum id, quod agendum est: & Boos, id est, fortitudine ad illud exequendum. Prudentia enim praxit, quasi lux; viam virtutis, & sanctitatis ostendens: unde dexteram occupat. Corn. hic.

Quid est homo, ut sequi possit regem Eaborum suum? Eccl. 2. 12. Sept. pro regem, vertunt: Consilium: quia Hebr. Melech, id est, rex, significat quosque Consulatores, & Consilium; eò quod regum fit consulere Reipublicae. Corn. hic.

Consilium, quasi proles mentis tuae, quasi filius cordis tui. S. Aug. tr. 1. in Jo.

In minimis exordis maxima sunt consilia agenda: quoniam parvus error in principio, maximus est in fine. S. Cyrill. Apol. mor. l. 1. c. 10.

Omne consilium actionis gratia, & propter actionem est. S. Greg. Nyss. l. 7. de lib. arbit. cap. 1.

S. II.

Consilia bona.

Omnia consilia tua in Deo permanent. Tob. 4. 20. Tunc consilia nostra in Deo permanent, cum nihil fecerimus praeter Domini voluntatem. Sim. de Cassia lib. 15. de just. Christ. c. 2.

Testimonia tua meditatio mea est, & consilium meum justificationis tuae. Pl. 118. 24. Alii legunt: justificationis tuae consilium meum sunt. q. d. non audio, quid cordis mei intemperantia flagitet; non quae caro concupiscat, non quid serpens suggerat, non quid Saeculi voces auribus meis infonent, non quid subdole adulatore lingua consulat, non quid falsi amici: animum verò, & quod loquatur in me Dominus. Pl. 84. 9. quid ab ipso illuminata ratio, quid jus, & aequitas, requirant. Denique, omnibus aliis consiliis repudiatis, justificationis tuae, Domine, fidelissimi, & certissimi consilium meum sunt. Diex Dom. 20. Pent. Conc. 2.

Manus illius plena hyacinthis. Cant. 5. 14. Quia cuncta ejus opera, quae propter semetipsum operatur est, hyacinthi sunt; id est, caelestibus plenationibus; caelestibusque consilijs; & ad eum tendunt finem, ut nos ad caelestem avehant. Si autem manus plena sunt hyacinthis, nihil continere videntur, quod hyacinthus non sit. Quidquid ergo ab illis procedit, nobis hyacinthus erit. Unde tribulationes &c. hyacinthi sunt, & tanquam lapis pretiosus, accipiendi: in caelestem enim vitam nos evehunt. Manus namque Dei lateres convertunt in Spheros, & duos lapides in hyacinthos. Nè ergo intuearis adversa, ut à manibus hominum procedunt; sed ut à manibus Dei. De Ponce, hic Exh. 24. 5. 1.

Omnes ubi congregati sunt, & convenerunt tibi. Il. 60. 4. id est, ad ea, quae tua sunt, faciendae; & habent consilium de his, quae pertinent ad tuam gloriam. B. Humbert. serm. 5. de capit. generalib.

In lege quid scriptum est? Luc. 10. 26. Disce in consilio Legem adhibere: in ea reperies, quid agendum ad vitam consequendam. Quarentem de sua salute non mittit ad aulicos Consiliarios: ibi enim deest animae sapientia; ibi disces ambitionem, invidiam, factiones. Non ad domos nobilium: ibi dicitur ludere; non ad domos mercatorum. A lege, non à Mundo, consilium cape. Origo perditionis nostrae: quod in operibus nostris, & electionibus, non Deum, sed Mundum, consulamus. Si lassus ab inimico Mundum consulis, dicit: vindictam quaere, honorem tuere. Deus verò Matth. 5. 44. diligite inimicos vestros. In lege quid scriptum est? Il. 30. 12. contra Israelitas. O remum non interrogabis. Pl. 118. 24. Consilium meum justificationis tuae. Stella hic.

Operatio virtutis electivae attenditur in consilio, iudicio, & desiderio. Consilium autem est in inquirendo, quid fit melius; hoc aut illud? sed melius non dicitur, nisi per accedum ad optimum: accessus autem est secutiudum majorem affinitationem. Omni igitur consilium necessaria est impressio summi boni. S. Bonav. Itin. mentis ad Deum c. 3.